



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Cap. Ex studiis 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

*Ius publicum* 38. *D. De pat.* Nisi & hic verisimilis conjectura profire concurrat, ut autem dictum est. Idem tradunt *Jul. Clarus lib. 5. Sent. 5.* *Furtum num. 21.* Et *Felin hic in fine.*

**5** Quare singulare est, ut in delictis sive criminibus semper dolum presumatur. At contra est in contractibus, sive aliis actionibus, quae nullam turpitudinem naturam suam in se continent, & tam

in bonam partem, quam in malam rapi possunt; ac proinde semper in dubio bona & benignior pars amplectenda est, c. 20 inf. *De R. I. Merito 51. D. Pro socii &c. l. Quintus 51. D. De donat. inter vii. um & uxor.* Atque ideo si in his dolus allegetur, is probandus est, l. *Quoties 18. s. qui dolo D. De probat. juncta l. Dolum 6 C. De dolomalo.*

## In Cap.

## SUMMARI.

1. *Præsumptio recte ducitur ex tempore præterito.*
2. *Semel malus semper præsumitur malus.*
3. *Præsumptio etiam ducitur ex præsenti in præteritam.*
4. *Præsumptiones ex variis circumstantiis desumi solent: ut ex viribus corporis.*
5. *Ex sanguine patris*
6. *Ex natione hominis.*

**E**x hoc Capite efficitur, ejus, qui studio virtutum additus est, præsumi in dubio opera esse bona. Sic econtra, cum, qui solus cum sola, nudus cum nuda, loco secreto in eodem lecto repertus est, præsumi illam cognovisse, ut est text. in c. Litteris 12 hoc sit. *¶ Sic & ex præterito tempore præsumptio recte ducitur: veluti in eo, qui adolescentiam suam castè transagit, cumdem & in senectute castum futurum, c. Cum in senectute 15 hoc sit. Item qui res ante recte administravit, præsumi & in posterum recte administraturum, a. Mandata 6. inf. eod. Similiter qui se vitiam in uxori suam exercuit, præsumitur idem facturus in posterum; & ideo recte postulat uxor, ante quam restituatur, sibi caversi per maritum, c. Litteras 14. in fine &c. Ex transmissa 8. sup. *De rebus spoliatis.* Quod 2 pertinet hæc regula. *¶ Semel malus semper præsumitur malus,* videlicet in eodem genere malorum, c. *Semel malus* *D. R. I. in 6. Et ratio est, quia mutatio mentis, quam quis ante semel induit, in dubio non præsumitur, cum ea sit facti; facta vero in dubio non præsumuntur, sed probari debeant, e. 1. *De confit. in 6. &c. l. D. De iuriis & facti ignor.***

**3** Interdum quoque præsumptio ducitur ex præsenti tempore in præteritum: veluti in milite, qui ab hostibus reversus necicitur, an transfiga fuerit, an captus ante ab hostibus. Resp. J.C. id ex priore ejus vita estimandum esse, in l. *Non omnes 5. s. à barbaris D. Dere milit.* Sic ex facto semel accidisse memini, aliquem, qui incendi causâ captus erat

## Ex studiis 3.

à magistratu, cum primò diffiteretur crimen, subiectum torturæ præ nimio dolore illud confessum fuisse. Magistratus cum hæceret, quid faceret, tandem ad locum domicili scriptis, inquirens de anteacta ejus vita, quam ut probam fuisse cognovit, eum liberum dimisit. Pluribus exemplis hæc illustrari possent, sed hic subfuso brevitatibus causâ.

Illud tamen non omiserim, præsumptiones quandoque aliunde sumi, puta vel ex viribus corporis, vel ex sanguine patris, vel ex natione hominis, vel ex aliis circumstantiis. Ex viribus corporis, ut ex duobus simul mortuis is præsumatur prior decessisse, qui debilior est; veluti in matre, si cum filio pubere eodem naufragio vel ruinâ perierit, in dubio censetur mater prior decessisse tamquam debilior, l. *Cum pubere 22. D. Dere. dub.* Idem est in patre & filio pubere, ut & patrem antecedessisse videatur, quam pubes: scilicet, si filius impubes sit, l. *Qui duos 9. s. cum bello & s. fin. D. eod.* It. Vide tamen hac de re distinctionem Bartoli, in l. *Quod deparitur 16. D. eod.*

Ex sanguine patris sumitur hæc præsumptio: filius est, ergo patri similis: nam hinc sit, quod filii presbyterorum à sacris ordinibus, & filii adulterorum & fornicatorum ab hæreditibus & honoribus arceantur, can. 1. can. Si gens Anglorum Diff. 56. &c. 1. sup. *De filiis presbyt.* Contrà præsumuntur nobilis & virtutis studiosus, qui ex nobili & virtuosa stirpe oriundus est, l. *Quod si nolit 3. s. qui mancipia D. De adil. editio.*

Ex natione hominis præsumptio nonnumquam oritur, ut eleganter indicat Ulpian. in d.s. qui mancipia, præsumptum est, inquit, quosdam seruos bonos esse, quia ex natione sunt non infamata, quosdam malos videri, quia de ea natione sunt, quae magis infamis est. Cujus rationem sur hoc addam) confert Plato, lib. 5. *De legib. in varietatem locorum,* quippe homines alii

varie-

varietate ventorum & turbine difficiles & proteguntur sunt, alii propter aquas, alii propter cibos, qui ex terra non solum corporibus commodi aut incommodi oriuntur, verum etiam animis quoque non minus officiunt. Ut hinc recte dixerit S. Pont. in e Quia diversitatem s, inf. De concessione diversitatem corporum diversitatem sapientia

sequi animalium. Intellige autem has omnes præsumptiones ita constitutas esse, quod recipiant probatioes in contrarium. Cetera vide apud Alciatum & Menoch. qui latissime de præsumptionibus scripserunt: nos brevitate studeamus.

## In Cap. Nullus dubitat 4.

## S U M M A R I A.

1. Qualiter presumatur contra eum, qui dilationibus subterfugit judicium.
2. Reus citatus & contumax qualiter puniatur.
3. Absens quando pro confesso habetur.
4. Delictum ex fuga non recte probatur.

**M**irabile est, quod hoc textu dicitur, cum pro confesso haberi, qui dilationibus subterfugit judicium. Similis sententia est in san. Decernm. III. q. 9, Imo potius contrarium dicendum videtur, eum, qui dilationes querit, minimè confiteri; siquidem dilationibus confessio suam extrahit, & quantum potest eludit. Quare sententia hujus Cap. exaudienda est de præsumpta confessione, quia præsumitur is, qui dilationibus utitur, malam fovere causam. Ita Gloss. Innoc. Imola & Panorm. sic.

2. Neque tamen haec præsumptio sufficit ad condemnandum reum, sed in eum fidem fit, ut propter contumaciam suam vel multetur a judice, l. 2, D. Si quis in ius vocat, non erit; vel auctori in expensas, aliaque damna condemnetur, l. Sancimus 23, C. De jud. & ibi Bald. & alii; vel missionem in bona patiatur, c. 3, c. Quoniam frequenter s, s. in aliis sup. Vi sit non contest. vel excommunicetur, c. fin. d. tis. Vel lite non contest. Et hoc in causis civilibus. In criminalibus vero contra reum ciratum, & contumacem; ad condemnandum pro cedit qui-

dem judex, sed in pœnas tantummodo pecuniarias, vel usque ad relegationem, l. Absentem s, D. De pœnis.

Uno casu absens pro confesso habetur, si in ius suis a judice, ut positionibus aetoris respondeat, nolit, aut contumaciter se absenteret, ne respondeat cogatur, text. in c. 2, De confess. lib. 6, Quamvis hodie ex dispositione Conc. Trident. Ses. 25, c. 3, De reform. ad excommunicationem non procedat judex, nisi deficiensibus aliis remediis.

Quod vero alii putant ex hoc textu colligi, ex 4 fuga delictum recte probari, alienum est a iure, cum contrarium constet ex l. Lege Cornelii 25, D. De S. C. Syllan. ex l. unica s. & quidem ancilla C. De rapto virg. & ex s. necessitatem Nov. 8, Ut judices sine quoquo suffragio &c. Et ratio est, quia delictum publicum, hinc maxime crimen publicum, propter sui momentum, idoneis testibus, vel apertissimis documentis, vel in dictis ad probationem indubitatis, & luce clarioribus probari debet, ut loquitur text. in l. fin. C. De probat. Similis textus est in l. Qui sententiam 15, C. De pœnis. Unde etiam disserit Ulp. respondit, neminem ex suspicionibus damnari oportere, in d. l. Absentem. An vero fuga ex carcere faciat indicium ad toruram, vide Prosp. Farinacium in Praxis criminaliq. 30, num 85, cum seqq. quia alienum est ab hoc proposito nostro.

## In Cap. Nonne 5.

## S U M M A R I A.

1. Negans unum ex duobus simul propositis alterum affirmare præsumitur.
2. Fallit in rebus coherentibus, & quarum altera accessoria venit.
3. Casus omissus romanus in dispositione iuri communi.

**E**x hoc Cap. prouinciatum sive axioma istud, elicitor, quod qui ex duobus simul propo-  
sitris alterum tantummodo negat, præsum-  
matur alterum tacite affirmasse, idque ab ex-  
emplo Christi colligit hic textus. Cum enim Ioan.  
c. 8. Christo objectum esset a Judæis, quod Sa-  
maritanus esset, & dæmonium haberet, ipseque  
respondisset, se non habere dæmonium, collegit

Q. 3

ex eo